



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Explanatio Dvodecim capitum Ephesi pronuntiata a Cyrillo archiepiscopo Alexandrino, sancta Synodo clariorem illorum declarationem exigente.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

ANNO CHRISTI 431.

ΤΟΜΟΣ ΤΡΙΤΟΣ ΠΕΡΙΕΧΩΝ ΤΙΝΑ ΜΕΝ ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ ΑΝΗΚΟΝΤΑ ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ, ἕνα δὲ καὶ μετ' αὐτῶ γερονότα.

TERTIA PARS, IN QUA CONTINENTVR NONNVLVA AD CONCILIVM SPECTANTIA, ET ALIA quæ post Concilium acta sunt.

ΕΠΙΛΥΣΙΣ ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ κεφαλαίων, ῥηθεύσα ἐν Εφέσῃ ὑπὸ Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τῆς ἀγίας συνόδου ἀξιοσάσης αὐτῶ σαφέστερον αὐτοῖς ἐκτρανωθῆναι τὴν τούτων λύσιν. EXPLANATIO DVODECIMI capitum Epbesi pronuntiata a Cyrillo archiepiscopo Alexandrino, sancta Synodo clariorem illorum declarationem exigente.

* ἀεθίμα

ΠΑΝΤΑ ἐνώπια τοῖς σωιοδύοσι, καὶ ὄρα τῶν βίελοκοισι γνώσιν, καὶ τὸ γεγραμμένον. Ὡς δὲ ῥηθεύει τε καὶ καθαρῶς διανοίας ὁμοματι τοῖς ἱεροῖς τῆς θεοπνεύτου γραφῆς περιτλανόντες λόγοις, τὸ δὲ αὐτῶν ὄφελος, θεῖον ὡσπερ ἕνα καὶ οὐράνιον ἐπισταυρὸν τῆς ἐαυτῶν εἰσοικίλοισι ψυχῆς. Ὡς δὲ τοῦ νοῦ ἔχοντες τῶν ψεύδων ἀποσενδύκοτα, καὶ τῆς πνεύτων ἀδύροσμίας ἠπώληρον, βεβήλου γνώσεως ἐρετῶν, ἐκείνων ἐσονται κοινωνοὶ, καὶ ὧν ὁ μακάριος γράφει Γαδλός ἐν οἷς ὁ θεὸς τῆς αἰῶνος τύπου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τῶν φωσμον τῆς βλαγελίου τῆς δόξης τῆς Χριστοῦ τυφλώτισι ῥηθ, καὶ εἰσιν ὁδηγοὶ τυφλῶν τισι γὰρ καὶ τοῖς τῆς ἀπωλείας ἐμπήλοισι βόδροις. ὡς γὰρ αὐτὸς πύφθισιν ὁ σωτήρ τυφλὸς τυφλὸν ἐάν ὁ Concil. Tom. 6.

* τῆς πνεύτων ἀδύροσμίας

OMNIA, vt scriptum est, CAP. I. Pron. 8. secundum Septuaginta. obuia sunt intelligentibus, et recta inuenientibus scientiam. Etenim qui sacra diuinae scripturae verba acuto puroque oculo perlegunt, hi quod utile in iis occurrit, veluti diuinum quemdam & caelestem thesaurum in animos suos recondunt: qui vero mentem obtinent ad mendacium propensam, nonnullorumque nugacitati mancipatam, ac profanae scientiae auidam, illorum focii censebuntur, de quibus beatus Paulus scriptum reliquit: In quibus Deus huius saeculi excacauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio euangelii gloriae Christi. Caci enim sunt, et duces cacorum: quare & in perditionis foueas corruunt. Nam, vt Saluator ipse alicubi monet: Si cecus caeco ibid.

A

ducatum praestet, ambo in foueam cadent. Sunt igitur nonnulli, qui contra veritatis dogmata garriunt, & diabolica prauitate mentem imbutam habentes, veritatis mysterium acri studio adulterare contendunt; nec mediocriter incarnati Vnigeniti dispensationem insectantur; non intelligentes neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant, sicut scriptum est. Huiusmodi autem impietatis inuectores extiterunt iam olim & multi quidem alii, nunc vero Nestorius, & qui cum illo sunt, eorum impietati nulla in parte cedentes, ad priscorum Pharisaeorum exemplum aduersus Christum se erigunt, proterueque vociferantur: *Cur tu, cum homo sis, facis teipsum Deum?* Erat itaque necessarium vt aduersus illorum sermones nos accingeremus, impuraque ac profana illorum dogmata anathematizarem; memores Dei per vocem prophetae dicentis: *Audite sacerdotes, & contestamini domui Iacob, dicit Dominus omnipotens.* Et iterum: *Ingridimini per portas meas, & lapides de via tollite.* Oportet enim nos, qui pro veritatis dogmate certamus, offendicula e medio submouere, ne qua ratione populi ad illa impingant; sed velut per planam semitam ad sacra illa diuinaque atria progrediantur, illud fere per singulas portas ingeminantes: *Haec est porta Domini, iusti intrabunt in eam.* Cum itaque Nestorius dogmatum peregrinorum, & impiarum blasphemiarum turbam libris suis inseruisset;

δηρῶ, ἀμφοτέροις εἰς βόθρον ἐμπεποιώ-
ται. κατὰ φλυαροδοσί τῶν πρὸς τῶν
τῆς ἀληθείας δογμάτων, καὶ δὴ καὶ
σκαμότησιν διαβολικῆς οἰκείον
ἐμπλήσαντες νοῦν, ὄρα χαρά πειν ἐ-
πείρονται τὸ τῆς ἀληθείας μυστήριον,
καὶ τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας τῆς μο-
νογεντοῦ οὐ μετελευθέρουται πλὴν
κατὰ ῥήσιν, μὴ νοοῦντες μήτε ἀ λέ-
γοισι, μήτε φερέτω διαβεβαίου-
ται, καὶ τὸ γεγραμμένον. Ὀρετά δὲ τῆς
τοιαύτης ἀσεβείας γέροντες πολλοὶ μὲν
καὶ ἕτεροι καὶ ἑστῶ ἀνωθεν * ἐπὶ παρω- * καὶ ἑν
χρηστότατοι καιροῖς. νυνὶ δὲ τῆς ἐκείνων
ἀνοσιότησιν οὐδὲν ὑποδέοντες, Νε-
στορεῖσιν καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, καὶ ἑστῶ
ἄρχαῖοις ἐκείνοις Φαρισαίοις ἀντι-
νεσταμῆροι τῷ Χριστῷ, καὶ ἀνέδλω
ἀνακακιστοῦτες. διὰ τί σὺ ἀνέθε-
πῶ ὧν ποιῆεις ἐαυτὸν θεόν; ἡ οὐ
ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς αὐτοῖς τοῖς παρ
ἐκείνων * ἀποδοῦναι λόγους, ἀνα- * αὐτο-
θεματίσαι τε αὐτῶν τὰ μαρὰ καὶ βέ-
βηλα δογματῶ, μεμνημένοις θεοῦ λέ-
γοῦσιν διὰ φωνῆς παροφῆτου. ἱερεῖς
ἀκούσατε, καὶ ἱππιδρπύρατε τῶ οἴκῳ
Ἰσραὴλ, λέγατέ τῷ παντοκράτωρ
καὶ πάλιν. πορθέετε διὰ τῶν πυλῶν
μου, ἑστῶ λίθοις ἐν τῆς ὁδοῦ διαρ-
ρίψατε. δεῖ γὰρ ἡμᾶς τῶ τῆ ἀληθείας
ὑπεραβλουῦτας δογμάτων ἐν μέ-
σου ποιῆσαι τὰ σκανδαλα, ὡς αὐ καὶ
οὐδένα ἴσπον αὐτοῖς πρὸς πλάστοντες
ἄλοιοι, διὰ λείας ὡσπερ * ἔρχοντο * ἑστῶ
τελευτῶ πρὸς τὰς ἱερεῖς καὶ δικίας ἀ-
λάς, μονογενῆ καὶ ἐφ' ἐκάστη λέγον-
τες. αὐτῆ ἡ πύλη τῆ κυρίου, δικαιοῖ
εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Νεστορίου τοῦ
νῦν ξένων τε, καὶ ἀνοσιῶν δυσφημιῶν
ὄχλον τοῖς ἰδίῳις ἐνδείκῃ βιβλίῳις,

1. Tim. 1.

Ioan. 10.

Amos. 3.

Ierem. 7.
50.

Psal. 117.

& in vnum Dominum Iesum Christum filium eius; & in Spiritum sanctum: asserentes, ipsum quod ex Deo Verbū emicuit, per quod omnia facta sunt, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum, & hominem esse factum, & passum, & resurrexisse. Etenim cum vnigenitum Dei Patris Verbum natura Deus esset, semen Abrahæ, vt beatus Paulus dicit, apprehendit, perindeque ac nos carnis & sanguinis effectum est particeps. Natum est enim secundum carnem ex sancta Virgine, & æque ac nos homo factum est, non amittens esse Deum (absit) sed existens quod erat, & in diuinitatis natura & gloria permanens. Dicimus igitur ipsum [Dei Verbū] hominem esse factum, nec ob id tamen versum in id quod non erat, non alteratum: idem enim semper est, neque conuersionis obumbrationem pati sustinet. Sed neque vllam essentia illius cum carne commixtionem, aut confusionem, aut concretionem factam esse statuimus: asserimus autem, Verbum carni anima rationali perfectæ & informatæ, modo quem ipsum solum nouit (nostræ enim mentis captum hæc res excedit) vnitum esse. Mansit itaque Deus etiam post assumptionem carnis; estque vnus Dei & Patris Filius Dominus noster Iesus Christus, idem & ante omne sæculum & tempus, quatenus Verbum intelligitur, & figura substantiæ eius, & in nouissimis temporibus dispensatoria ratione nostri causa homo factus. Quia vero nonnulli natiuitatem illius secundum carnem propter omnium salutem, qua editus est ex

καὶ εἰς ἓνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὃν αὐτὸς καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτὸ λέγοντες ἐκ θεοῦ πεφηνότα λόγον, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ φῶς ἐκ φωτός, ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἀληθινόν, σαρκωθῆναι τε καὶ ἐνανθρωπήσαι, παθεῖν τε καὶ διασεύσθαι. θεὸς γὰρ ὢν καὶ φύσιν ὁ μονογενὴς τῆ πατρὸς λόγος, ἀπέρματος Ἀβραάμ ἐπελάβετο, κατὰ φησιν ὁ μακάριος Γαῦλος, καὶ ὡραπιησίως ἡμῖν μετέγεν ἀίματος καὶ σαρκός· γενήθη γὰρ καὶ σὰρκα ἐκ τῆς ἀγίας παρθένου, καὶ ἀνθρώπος· γέγονε καὶ ἡμεῖς, ἐκ ἀπολιθώσεως τῆς ἡμετέρας μὴ γήνοιο· ἀλλ' ὡν ὅπου ἦν, καὶ μεμνηκῶς ἐν τῇ τῆς θεότητος φύσει τε καὶ δόξει. Φαμὲν οὖν αὐτὸν ἀνθρώπον γενήθησθαι, οὐ ἕσπλιω ἕσομείαντα πλὴν εἰς ὅπου ἐκ ἡμῶν, ἐκ ἀλλοίωσιν· αἰετὰ γὰρ ὅτιν ὁ αὐτός, καὶ ἕσπλιω ἀποσίμασμα παθεῖν ἐκ ἀνέχεται. ἀλλ' οὐδὲ φουρμὸν, ἢ ἀνάχουσιν, ἢ σύγκρασιν τῆς οὐσίας αὐτῶ πρὸς πλὴν σάρκα γενήθησθαι διοεζοῦντα· φαμὲν ὅτι σὰρκα ψυχῆ ἐξουσίᾳ πλὴν λογικῆν ἡμῶν αὐτῶν λέγον ὑπὲρ νοῦν τε καὶ ἀπορήτως, καὶ ὡς μόνος οἶδεν αὐτός. ἐκοῦν μεμνηκε θεὸς καὶ ἐκ πρὸς ἡμῶν σαρκός· καὶ ἐστὶν εἰς ἕνός τῆ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὁ αὐτὸς καὶ πρὸ πάντων αἰώνων καὶ χρόνου, καὶ ὡς νοεῖται λόγος καὶ ἀεικατῆρ τῆς ἕσπλιωσῆς αὐτῶ, καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς οἰκονομικῶς ἀνθρώπος δι' ἡμῶν γενεῶς. ἐπειδὴ δὲ ἀναμροδοῖ τινες πλὴν καὶ σὰρκα γήνησιν αὐτῶ, πλὴν ἐκ τῆς

Hebr. 2.

Iacob. 1.

Hebr. 1.

* πῆρτι

* ἢ

ANNO
 CHRISTI
 451.

ἀγίας ᾧ ᾤοντο γεννηθῆναι ἐκ τῆς
 πατρὸς ἡμῶν ὁμοίου, ἐκ εἰς ἄλλῳ τῷ
 εἶναι καλοῦσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς
 ἀπαλλάξῃ θανάτου καὶ φθορᾶς· γε-
 γρονῶς καὶ ἡμᾶς ταύτης ἐνεκα τῆς
 ἀγίας ὁ ᾧ ᾤοντο ἡμῖν ἀναθεματισμὸς
 καὶ ἀνάθεμα μὲν τῆς ἐκείνων κακο-
 πιστίας, τὸ δὲ ὁρθῶς ἔχον ὁμολογεῖ,
 θεὸν εἶναι λέγων καὶ ἀληθῆσαν Ἐμ-
 μανουὴλ· καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν
 ἀγίαν ᾧ ᾤοντο.

Ἀναθεματισμὸς δευτέρῳ.

Εἰ τις οὐχ ὁμολογεῖ σαρκὶ καὶ
 ὑποστάσει ἰσῶσαι Ἐκ θεοῦ πατρὸς
 λόγον, ἕνα τὸ εἶναι Χριστὸν μὲν τῆς ἰδέας
 σαρκὸς, Ἐκ αὐτὸν δηλονότι θεὸν τε ὁμοῦ
 καὶ ἀνθρώπον, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλοιπος δευτέρου.

Ὁ θεοπάσιος γράφει Παῦλος, ὁ ᾧ ᾤοντο
 θεῶν μυστηρίων ἱερουργός· ὁμολογου-
 μένως μέγα ὄντι τὸ τῆς ἀσεβείας μυσ-
 τηριον. θεὸς ἐν σαρκὶ ἐφανερώθη·
 ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι· ὡφθη ἀγγέ-
 λοις· ἐκηρύχθη ἔθνεσιν· ἤπιεθῆναι ἐν
 κόσμῳ· ἀνελήφθη ἐν δόξῃ· πῶ ὄντι ὄντι
 τὸ, ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ· τούτῃ,
 γέγονε σαρκὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος,
 οὐ καὶ μεταίεσιν ἢ ἕξιν τῆς ἐαυτοῦ
 φύσεως εἰς σάρκα μεταποιημένης,
 ὡς ἦδη παρεῖπομεν, ἰδίαν δὲ μάλλιν
 ποιησάμενος σάρκα τὴν ἐκ τῆς ἀγίας
 πατρὸς, εἰς καὶ ὁ αὐτὸς χηματίων
 υἱός· ᾧ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως ὡς
 ἀσαρκὸς ἐπὶ λόγος, μὲν ὅτι ἐνανθρω-
 πησιν * ἐπὶ αὐτὸς ἐν σώματι. ταύτη ἴσιν
 φησὶν Ἐκ αὐτὸν ὑπαρχῆν θεὸν τε ὁ-
 μοῦ καὶ ἀνθρώπον, ἐδίσταντες εἰς ἀνθρώ-
 πον ἰδικῶς τε καὶ ἀνά μέρῳ κείμενον
 τὴν ἐπὶ αὐτῷ θεοῦσαν, καὶ εἰς θεὸν
 διουλλentes cum in hominem seorsum per se positum, & in Deum

* ὁ αὐτὸς ἐν
 σώματι.

sancta Virgine, inficiantur; (quæ natiuitas hoc illi non contulit, vt tum primum esse inciperet, sed vt nobis similis factus, a morte & corruptione nos liberaret) propterea primus hic noster anathematismus in peruersam illorum fidem inuehitur: tum vero quod rectæ fidei est confitetur, Emmanuelem secundum veritatem Deum esse dicens, atque ideo sanctam Virginem deiparam.

Anathematismus II.

Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni secundum hypostasim vnitum, vnumque vna cum sua carne esse Christum, eundem nimirum Deum simul & hominē; anathema sit.

Explanatio secunda.

Diuinus Paulus, sacer ille diuinorum mysteriorum interpres, ita scribit: *Manifeste ma- 1. Tim. 3.*
gnum est pietatis sacramentum: Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, predicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Quid igitur est quod dicit, *Manifestatus est in carne?* hoc est, Dei Patris Verbum caro factum est: non quod secundum propriam naturam conuersum aut transmutatum sit in carnem, vt modo dicebamus; sed potius quod carnem ex sancta Virgine sumptam, propriam sibi fecerit, vnus idemque Filius existens: ante incarnationem quidem tamquam Verbum tantum carnis expers; post incarnationem vero idem etiam in corpore. Atque hinc est, vt eundem Deum simul & hominem esse dicamus, non

Verbum sciunctim per se consideratum, ne duos hac ratione filios intelligamus; sed vnum eundemque Christum & Filiū & Dominum esse confitentes. Qui autem hoc fecus habere existimant, aut non ita volunt credere, sed vnum filium in duos dispertuntur, & quæ re ipsa coniuncta sunt, a se disungunt; aiuntque hominē secundum solum dignitatis vel auctoritatis consortium Deo coniunctum esse; eos a recta inculparaque fide alienos dicimus. Quamuis ergo apostolus nominetur, vnctusque & Dei filius designatus dicatur; non erubescimus dispensationem. Affirmamus autem Dei Patris Verbum tunc demum apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem inunctum esse, quando similis nobis homo factum est. Qui enim nobis assimilatus est, licet id quod erat manserit, quæ nostra sunt non auersatur: imo vero propter dispensationem ea omnia quæ ad humanam naturam pertinent, cum humanitatis mēsuris simul admittit: neque vllum hinc tamen secundū propriā naturam vel gloriam detrimentum capit. Est enim adhuc etiam hoc modo Deus ac Dominus omnium.

Anathematismus III.

Si quis in vno Christo post vnionem diuidit hypostasēs, ipsasque ea tantum coniunctione inter se connectit, quæ est secundum dignitatem, hoc est auctoritatem, vel potestatem, & non eo potius concursu qui est secundum naturalem vnionem; anathema sit.

λόγον ἰδικῶς, ἵνα μὴ δύο νοῶμεν υἱοὺς, ἀλλ' ἓνα καὶ τὸ αὐτὸν ὁμολογούμεν. τὸ αὐτὸν Χριστὸν καὶ υἱὸν ἑκ κύριον. τοῖς δὲ μὴ οὕτως ἔχον ὑποσηφόντας, ἡγρω πειθεῖν ἐθέλοντας, διορίζοντας δὲ εἰς υἱοὺς δύο τὸ ἓνα, καὶ διίστάμεν ἀπὸ ἀλλήλων τὰ ἰσώμενα κατὰ ἀλήθειαν, φάσκοντας δὲ κατὰ μόνῳ τῷ ἀξίῳ, ἡτοι αὐθεντίῳ, ἀνθρώπου γινέσθαι συνάφειν πρὸς θεόν, τῆς ὁρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἄλλοτελοῖς εἶναι φαρμί. ὥστε καὶ ἀπόστολος ὀνομάζεται, καὶ κεχειρίσθαι λέγεται, καὶ εἰς υἱὸν ὠλεῖσθαι θεοῦ, ἐκ αἰχμωμῆθα τῷ οικονομίῳ. αὐτὸν δὲ φαρμί τὸ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ὅτε κατὰ ἡμᾶς γέγονεν ἀνθρώπος, ὀνομάσθαι δὲ τότε καὶ ἀπόστολον, καὶ κεχειρίσθαι δὲ μὲν ἡμῶν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. ὁ γὰρ γερονῶς κατὰ ἡμᾶς, εἰ καὶ μεμνηκεν ὅτι τῷ, οὐ παραιτεῖται τὰ ἡμῶν, προσίεται δὲ μᾶλλον ὁμοῦ τοῖς τῆς ἀνθρώπινης μέτρῳ τὰ ἀνθρώπινα διὰ τῷ οικονομίῳ, οὐδὲν ἐντεῦθεν εἰς οἰκείῳ ἀδικοῦμεν δόξαν ἢ φύσιν. ἐστὶ γὰρ ἐπὶ καὶ οὕτω θεός, καὶ τῷ ὅλων κύριος.

ANNO
CHRISTI
431.

Αναθεματισμός γ'.

Εἴ τις τῆς τοῦ ἐνὸς Χριστοῦ διαίρεσι τὰς ὑποστάσεις μὴ τῷ ἑνώσει, μόνῃ συνάφειν αὐτὰς συναφεία τῆ κατὰ τῷ ἀξίῳ, ἡγρω αὐθεντίῳ, ἢ δυνατείῳ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον* συνόδον* αὐτοῦ τῆ τῷ κατὰ ἑνώσει* φισικῶ, ἀνάθεμα ἔστω.

ANNO CHRISTI 431.

Επίλοιπαι τρίτη.

Τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίας τῆς
 μονογενεῖς πολυπραγμονουῦτες ὁ
 μυστήριον, παραδόξως τε ἔδοξεν
 ῥήτως ὑμῶν Φαμὲν ἀγία σῶμα-
 π ψυχὴν ἔχοντα λογικῶν ἐκ θεοῦ
 πατρὸς λόγον· ἕνα τε καὶ οὕτω νοοῦ-
 μιν υἱόν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐφ'
 ἡμῶν αὐτῶν ἔξεστιν ἰδεῖν, ἐτροφυῶ μὲν
 τῷ σῶματι πλὴν ψυχῆν, πλὴν εἰς
 ἐν ἀμφω ζῶσιν σωματικῶν. ἀλλ'
 οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχον ὑπονοοῦσι πνέες.
 ἀνθρώπων δὲ διίσταντες ἡμῖν ἀνὰ μέ-
 ρος καὶ ἰδικῶς, σωτηρίας φασιν
 αὐτῶν τῶ ἐκ θεοῦ πατρὸς Φιῶν λό-
 γον καὶ μόνον πλὴν ἀξίαν, ἡρώων
 πλὴν αὐθεντίας, οὐ καθ' ἑνωσιν φυ-
 σικῶν, τυτέστιν ἀληθῆ, καὶ καθά-
 περ ἡμεῖς πιστεύομεν· οὕτω γὰρ ποῦ
 φησι καὶ ἡ δεῖα γραφή· καὶ ἡμῶν τέ-
 κνα φύσιν ὁρῶντες, ὡς καὶ ἡ λοιπὴ,
 ὅτι φύσιν αὐτῆς ἀληθῶς λαμβάνου-
 σα. ἡ διαχωροῦντες πῶν τὰς ὑπο-
 στασεις μὲν πλὴν ἑνωσιν, καὶ ἀνὰ μέρος
 πνέοντες ἕκαστον, τυτέστιν ἀνθρώ-
 πων, καὶ θεῶν, ὁππιοῦντες καὶ σωά-
 φειδον αὐτοῖς πλὴν κατὰ γὰρ μόνον
 πλὴν ἀξίαν, δύο που πάντως ἰσῶσιν
 υἱοῖς· καὶ τοῖς τῆς θεοπνεύτου γραφῆς
 ἕνα λεγούσης υἱόν καὶ κύριον. ὡς μὲν
 πλὴν ἀρρήτων ἑνωσιν, καὶ θεῶν ὀνομα-
 σης Ἐμμανουὴλ, σαρκωθέντα τε
 καὶ ἐνανθρωπήσαντα νοοῦμεν ἡμεῖς
 ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον· καὶ ἀν-
 θρώπων εἴπης, οὐδὲν ἢ πῶ ἐκεῖν
 αὐτῶν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέ-
 ρος καὶ καθημένον οἰκονομικῶς ὁπ-
 πινώσομεν. γερονέται δὲ φησὶν αὐ-
 τῶν ἀπὸν ἀνάφῃ· ὁρατῶν

Declaratio tertia.

Incarnati Unigeniti dispen-
 satorium mysterium accurate
 inquirentes, Dei Patris Ver-
 bum admirabili inexplicabili-
 que modo, sancto corpori ani-
 mam rationis compotem ha-
 bentis unitum dicimus; atque
 ita quoque unum esse Filiū in-
 telligimus; quemadmodum ni-
 mirum & in nobis ipsis cernere
 licet. Sunt sane anima & corpus
 naturæ diuersæ; at duo hæc in-
 ter se coniuncta unum animal
 constituunt. Verum sunt qui
 aliter hæc habere opinantur.
 Statuunt hi nobis hominem
 seorsum per se, eumque Dei
 Patris Verbo secundum solam
 dignitatem, siue auctoritatem
 coniunctum dicunt; secundum
 naturalem autem, hoc est, ve-
 ram unionem, & ut nos credi-
 mus, nequaquã. Nam ita etiam
 diuina scriptura dicit: *Et era-*
mus natura filii iræ, sicut & ceteri,
illud, natura, sumens pro, Vere.
 Qui itaque substantias post
 unionem diuidunt, & singulas,
 hoc est, Deum & hominem, se-
 paratim ponunt, talemque illa-
 rum copulam confingunt, qua
 secundum solam dignitatem
 contingit, illi duos omnino Fi-
 lios constituunt; cum tamen di-
 uina scriptura unum Filium &
 Dominum esse affirmet. Quare
 post arcanam illam copulam, si-
 ue Deum nomines Emmanue-
 lem, incarnatum & inhumana-
 tum Dei Patris Verbum acci-
 pimus: siue hominem dixeris,
 nos æque illud ipsum [Dei Ver-
 bum,] per dispensationem in
 mēsuras humanitatis demissum
 agnoscimus. Dicimus itaque ip-
 sum palpabilem factum esse, qui
 impalpabilis est; & visibilem, qui

* καθ' ἑμῶν
 εἰπόντων
 μὲν ὁπ-
 πινώσομεν
 γερονέται
 φησὶν αὐ-
 τῶν ἀπὸν

sum palpabilem factum esse, qui impalpabilis est; & visibilem, qui

inuisibilis. Non enim alienum erat ab illo corpus, quod sibi vniuit, quod utique palpabile & visibile dicimus. Eos vero qui ita non credunt, sed substantias post vnionem, vt modo aiebam, diuidunt; eamque nudam ipsarum vnionem excogitant, quæ in sola dignitate, siue auctoritate consistit, propositus hic anathematismus ab iis alienos esse iudicat, qui quæ recta sunt, sentire consueuerunt.

Anathematismus IV.

Si quis duabus personis siue hypostasibus eas voces attribuit, quæ in euangelicis & apostolicis scripturis passim occurrunt; quæve a sanctis de Christo, vel ab ipso quoque Christo de seipso dictæ sunt; & alias quidem homini veluti seorsum a Dei Verbo considerata adscribit; alias vero tamquam Deo conuenientes, soli Dei Patris Verbo adaptat; anathema sit.

Declaratio quarta.

Philipp. 2.

Dei Patris Verbum in eiusdem Patris forma & æqualitate existens, non rapinam arbitratum est esse se æquale Deo, vt scriptum est; sed potius seipsum sponte exinaniuit, & ad nostra se demisit, non amittens esse quod est, sed magis etiam hoc pacto Deus permanens, & nihil eorum quæ ad humanæ naturæ conditionem pertinent, aspernatus. Sunt itaque illius omnia, non solum diuina, verum etiam humana. Qua enim ratione se ipsum exinaniuit, si humanæ naturæ partes erubuit? Et si humana auersatus est, quis illū tāquam necessitate aut vi ad hoc impulit, vt nobis similis fieret?

ἀόρατον. οὐ γὰρ ἡ ἀλλοτρίον αὐτῷ τὸ ἐνωθέν αὐτῷ σῶμα, ὃ καὶ ἀπὸν εἶναι φαμὲν, καὶ ὁρατόν. Ἐπὶ δὲ μὴ οὕτω πισύοντες, διιστώντες δὲ, ὡς ἔφω, τὰς ὑποστάσεις μὴ τὴν ἕνωσιν, καὶ ψιλῶ αὐτὰς σιμάφειαν ἑπινοουῦντες καὶ μόνῳ τῷ ἀξίῳ, ἡρῶν αὐθεντίῳ, ἀλλοτρίοι τῷ ὁρθῷ * Προνοούτων ὁ θεοκείμενον ἀνάθεμα-σμός.

* φρονῶσι αὐτῶν

Ανάθεμασμός δ'.

Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἡρῶν ὑποστάσεις, τὰς τε ἐν τοῖς βιβλικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς συγγραμμάσι διδύμαι φωναῖς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ ὡς τῷ ἀγίῳ λειτουργίας, ἢ ὡς αὐτῷ ὡς ἐαυτῷ καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνεξόπτῳ ὡς ἔφω ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτοι, τὰς δὲ ὡς θεοπραπίς μόνῳ τῷ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ, ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλοιπός δ'.

Ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τῷ θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπαρχῶν ὁ εἶς αὐτῷ λόγος, οὐχ ἀρπαγμὸν ἠήσαστο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, καθὼς γέγραπται, καθῆκε δὲ μάλλον ἑαυτὸν εἰς ἐκούσιον κένωσιν καὶ καταπεφοίτηκεν ἐσελθόντις ἐν τοῖς κατὰ ἡμᾶς, οὐ μετεῖς τὸ εἶναι ὡς ἐστίν, μεμνηκῶς δὲ μάλλον καὶ οὕτω θεός, καὶ τὸ πᾶς ἀνεξοπτῶς ἐκ ἀπμάσας μέτρῳ πάντα τίνω αὐτῷ τὰ θεοπραπί, καὶ ἀνεξοπτῶνα. ποδὲν ἐπὶ κενώσιν ἑαυτὸν, εἰ τοῖς πᾶς ἀνεξοπτῶς μέτροις ἐπεφύδα; καὶ εἰ παρητίτο τὰ ἀνεξοπτῶνα, ἵνα ὁ * καταθέσας αὐτὸν ὡς εἶς ἀνάγκης καὶ βίας εἰς τὸ γρυεῖσθαι κατὰ ἡμᾶς; πείσας

* καταθέσας

ANNO CHRISTI 451.

πάσας τίνω τὰς ἐν τοῖς διαγγελοῖς
 Φωνὰς, τὰς τε ἀνθρώπιναις καὶ μὲν Ἐ
 τὰς θεοπρεπέις, ἐνὶ προσώπῳ προσ-
 ἀπομιμνήσκου· ἐπειδὴ καὶ ἕνα πνεύματι
 υἱὸν ἔστι Χριστὸν Ἰησοῦν, τούτῃ ἐν-
 ανθρωπήσαντα τε καὶ σεσαρκωμένον
 τὸν θεὸν λόγον. ὡς καὶ λέγει π
 ἡμεῖς ἀνθρώπων, τοῖς τῆς ἀνθρώπι-
 τος ἀνθρώπων καὶ ἀλογίου μὲν τὰ
 ἀνθρώπινα, ἀλλ' ἡμεῖς πάλιν καὶ ἄν-
 θρώπων· καὶ ὡς θεὸς διαλέγεται,
 θεὸν ἔστι πνεύματι ἕνα ενανθρωπή-
 σαντα, πάλιν ὡς ἐνὶ Χριστῷ καὶ ἡμεῖς
 τὰς ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν προσνε-
 μομιμνήσκου Φωνὰς. Ἐ δὲ διιστάμενοι εἰς
 δύο προσώπα, δύο πού πάντως ἑπι-
 νοοῦσιν υἱοῖς. ὡς περὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς
 ἀνθρώπων ἐκ εἰς δύο προσώπα δια-
 ρεῖσθαι θέμεις, καὶ ἐκ ψυχῆς νοοῦτο
 καὶ σώματος, ἀλλ' εἰς ὅστι καὶ ὁ αὐ-
 τὸς ἀνθρώπος, οὕτω καὶ ἑπὶ τῷ Εμ-
 μανουὴλ. ἐπειδὴ γὰρ ὅστις εἰς υἱὸς καὶ
 κύριος ὁ σεσαρκωμένος ἢ ἐνανθρω-
 πήσας τὸν θεὸν λόγον, ἐν ἀλλ' πάντως
 ὅστι καὶ προσώπων· καὶ αὐτὰ προσ-
 νεμομιμνήσκου τὰ τε ἀνθρώπινα διὰ τὴν οἰ-
 κονομίαν τὴν μὲν σαρκὸς, καὶ μὲν ἢ
 τὰ θεῖα διὰ τὴν ἐκ θεοῦ πατρὸς ἀπο-
 ρήτην γέννησιν. Ἐ δὲ διιστάμενοι ἢ ἀπο-
 μεμνῆσθαι εἰς ἀνθρώπων ἰδικῶς, ὡς
 ἔπρον ὄντα υἱὸν παρὰ τὸν ἐκ θεοῦ λό-
 γον, καὶ εἰς θεὸν ἰδικῶς, ὡς ἔπρον ὄντα
 υἱὸν, δύο λέγοντες υἱοῖς, ὑποφέρου-
 νται δικαίως τῇ δυνάμει τῷ πνεύματι
 μὲν δυνάμει μαρτυροῦν.

Αναθεματισμὸς ε΄.

Εἰ τις ἑλπίσιν λέγειν θεοφόρον ἀν-
 θρώπων τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ θεὸν
 μᾶλλον θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν,
 Concil. Tom. 6.

Omnes itaque euangelii voces, siue illæ humanum quid sonant, siue diuinum, vni personæ tribuimus. nam & Christum Iesum, hoc est inhumanatum & incarnatum Dei Verbum, vnum Filium esse credimus. Quare si quid humanum prædicat, hoc ad humanitatis eius conditionem transfereamus; (est enim illius & ipsa quoque humanitas) si vero loquatur vt Deus, vni rursus Christo & Filio assignabimus voces supra naturam hominis, Deum inhumanatum illum esse credentes. Qui vero illum in duas personas diuidunt, necessario duos quoque Filios confingunt. Sicut enim homo ex nobis quilibet, licet ex anima & corpore constitutus intelligatur, non geminus, sed vnus & idem homo est: ita de Emmanuele quoque nobis cogitandum est. Quia namque Dei Verbum incarnatum & homo factum, vnus est Filius & Dominus, vna etiam omnino est ipsius persona: eique tribuimus & humana propter illius cum carne dispensationem, & diuina propter inexplicabilem eiusdem ex Patre generationem. Ceterum qui illum in hominem separatim diuidunt, tamquam qui alius a Dei Verbo sit Filius, & in Deum seorsum, tamquam qui alius sit Filius, duos Filios asserentes propositi anathematismi virtuti merito subduntur.

Anathematismus V.

Si quis dicere audeat Christum hominem deiferum, ac non potius verum Deum esse,
 B

utpote vnicum ac naturalem Filium; quatenus nimirum Verbum caro factum, carni & sanguini perinde ac nos communicavit; anathema sit.

Declaratio quinta.

Verbum Dei carnem esse factum, dicit magnus ille evangelista Ioannes: non quod propria natura transmutata, aut conuersa in carnem transierit, sicut iam ante expositum est, (expers enim mutationis est ut Deus) sed quia æque ac nos, carnis & sanguinis particeps, & homo effectum est. Sacra enim scriptura hominem suo more carnem appellat. scriptum est enim: *Quia videbit omnis caro salutare Dei.* Sed impiorum dogmatum inuentores, Nestorius, & qui illum sectantur, aut eadem cum illo sapiunt, incarnationis quidē vocem confiteri se simulant, attamen Dei Verbum secundum veritatē incarnatum, hoc est, manendo quod erat, hominem nostri similem factum esse negant. Affirmant autē, vnigenitū Dei Verbum in homine ex sancta Virgine nato perinde ac in vno aliquo ex sanctis inhabitasse, ita ut iam non oporteat cōfiteri quod vnus sit Christus & Filius & Dominus & adorandus; sed tāquam homo per se & separatim intellectus, ob solam copulationem in vnione dignitatis honoratus, simul adoretur, & conglorificetur. Habitat quidem in nobis omnium Deus per Spiritum sanctum. Dixit enim iamdudum per vnum e sanctis prophetis: *Quoniam inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

Ioan. 1.

Luc. 3.

1. Cor. 6. ex Lemit. 26.

καὶ υἱὸν ἕνα καὶ φύσιν, καὶ ὁ γέγονε σαρκὶς ὁ λόγος, καὶ κοινοῦνῃκα ὄρα- πλησίως ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκὸς διὰ θεοῦ ἔσω.

Επίλισις ε΄.

Σάρκα γνέσται Φησὶν ὁ θεοπέ- σιθ διαβηλίστης Ιωάννης τῷ θεοῦ λόγον, οὐ καὶ μετασάσιν ἢ ἑστὴ τῆς ἰδίας φύσεως εἰς σάρκα μετα- πεποιμηδύ, κατὰ τὴν ἡδὴ περὶ πο- μῶν, ἐξ ἧς ὁ δὲ ἀλλοίωτων ὡς θεός, ἀλλ' ὅτι κοινοῦνῃκα ἡμῖν ὄρα πλη- σίως αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ γέγο- νεν ἀνθρώπος· ἔθος γὰρ τῆ θεοπνεύτω γραφῆ σαρκὰ ἀνθρώπου ὀνομά- ζειν· γέγραπται γὰρ· ὅτι ὄψεται πᾶ- σα σὰρξ τὸ σωτήριον τῶ θεοῦ. ἀλλ' ὅτι τῶ ἀνοσίαν δογματῶν ὄρεται, Νεστό- ερός τε ἔοι σὺν αὐτῷ, ἢ τοὶ αὐτὰ φρονουῶτες ἐκείνῳ, ὑποκρίνοντα μὲν ὀμολογεῖν πλὴν τῆ σεσαρκῶσται φωνῆ· οὐ μὲν ὅτι καὶ σαρκῶσται καὶ φασὶ καὶ ἀλήθειαν τῷ θεοῦ λό- γον, τὸν τεσθιν ἀνθρώπον· γνέσται καὶ ἡμᾶς, μὴ τῆ μείναι ὁ λέω. ἀλλὰ ὅτι ὡς εἰς ἀνθρώπον τῶ ἀγίων ἕνα ἐκ τῆς ἀγίας ὄρδενου γεγεννημῶ κα- τοικῆσαι διέχουρίζονται τῷ μονοθεῷ τῷ θεοῦ λόγον· ἵνα μηκέτι Χριστός εἰς ὀμολογήται καὶ υἱός, ἔ κύριος, καὶ περοσκυητός, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπος ἰδι- κῶς καὶ κατὰ μόναν νοοῦ μῶν, μόνῃ σωμαφεία τῆ καὶ πλὴν ἐνόηται τ' ἀξίας πεπημηδύος συμπεροσκυηῖται, καὶ σω- δοξάζηται. κατ' οἰκεί * γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ τῶ ὄλων θεός διὰ τῆ ἀγίου πνύματος. καὶ γοῦν πάλαι μὲν ἔφασκε δι' ἐνός τῶ ἀγίων περοφητῶν· ὅτι ἐνομήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπρῆπτα τῆσω, καὶ ἔσομαι αὐ- τοῖς θεός, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

* ἴπ, ἔ, ἴπ

* ἴπ, γ

ANNO CHRISTI 451.

γράφει δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· ἐκ οὐδαμῶς, ὅτι καὶ θεοὶ ἐστέ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; ἔφη καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς περὶ τῶν ἁγίων αὐτῶν προφητῶν, ἢ τοῦ προγεγονότων ἁγίων· εἰς κείνοις εἶπε θεοὶς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐρχέτο, ὃν ὁ πατὴρ ἠγάπησεν, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημοῦμεν, ὅτι εἶπον· υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμὶ; ἀλλ' οὐχ ὡς περὶ ἐν ἡμῖν οἰκεῖ θεός, οὕτω καὶ ἐν Χριστῷ· θεὸς γὰρ φύσις ἴση, πεφηνῶς καὶ ἡμᾶς, εἰς τε ἑμὸν υἱὸς καὶ ὅτι γέγονε σὰρξ. Ἡ ἰνὺν ἑλμύπτες λέξαν θεοφόρον ἀθεσπον ἰσαρχὴν αὐτὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μάλλον ἐνανθεοποίησαντα θεόν, ἰσοπίλοισιν ἀνακαίως τῶν ἀθεσπον ἀνάθεμα ποιῶν.

Ανάθεμα ποιῶν ε'.

Εἰ τις θεὸν ἢ δεσπότην λέγῃ τῶν Χριστῶν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μάλλον αὐτὸν ὁμολογῆναι ὁμοῦ τε θεὸν καὶ ἀθεσπον, ὡς γερονόπος σαρκὸς τοῦ λόγου καὶ τὰς γραφὰς ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλοιπος ε'.

Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ εἰς τε καὶ μόνος, καὶ κατὰ ἀλήθειαν υἱὸς ὑπαρχῶν τοῦ θεοῦ ἑκ πατρὸς, γέγονε σὰρξ ὁ λόγος· καὶ συγκατάραξ τῶν ὄλων ὁμοῦ τῶν ἰδίων γυνήτοις καὶ μετὰ τε ἀπὸ πάντων γόνου ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ κατὰ χθονίων· ἑξ ὁμολογῆται πάντα γλώσσαις, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς· ἐστὶ τῶν ἰνὺν ὁ αὐτὸς μὲν τῶν ὄλων κύριος, καὶ δὲ νοεῖται καὶ ἐστὶ θεός, εἰ καὶ μὴ δὴ σαρκὸς μὲν τῶν ἐνανθεσπον. αὐτὸς δὲ ἑαυτῶν οὔτε θεός, οὔτε δεσπότης.

Concil. Tom. 6.

Scribit & beatus Paulus quod: *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Et ipse Christus de sanctis suis prophetis, siue de sanctis qui antecesserant, ait: *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est; quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemus; quia dixi: Filius Dei sum?* Sed non ita Deus in Christo habitat, sicut in nobis. Erat enim natura Deus, nobis similis factus, vnusque ac solus Filius, etiam cum caro factus est. Quicumque igitur deiferum hominem cum esse dicere audent, ac non potius Deum hominem factum, necessario in propositum anathematismum incidunt.

Anathematismus VI.

Si quis Dei Patris Verbum, Christi Deum vel Dominum esse dixerit; & non potius Deum simul & hominem eundem confessus fuerit, prout Verbum caro factum est, secundum scripturas; anathema sit.

Declaratio sexta.

Dominus noster Iesus Christus vnus & solus & secundum veritatem Dei Patris Filius, Verbum caro factum est, & vna cum Genitore suo omnibus dominatur: ipsique *flectitur omni genu, caelestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confitetur, quia Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris.* Idem itaque quatenus intelligitur & est Deus; licet post inhumanationem carnis expers non sit, vniuersorum Dominus est: at vero sui ipsius nec Deus, nec Dominus est.

B ij

hoc enim absurdissimum est, imo potius omni impietate vere plenum, si ita sentias, aut dicas. Merito proinde contra hoc ipsum præsens anathematismus statuitur.

Anathematismus VII.

Si quis Iesum tamquam hominem a Dei Verbo operante motum habuisse, Vnigeniti- que gloriam illi, tamquam alteri cuiquam ab ipso Verbo, aduenisse dixerit, anathema sit.

Declaratio septima.

Cum beatus Gabriel vnigeniti Filii Dei generationem secundum carnem sanctæ Virgini annuntiaret: *Paries*, aiebat, *filium; & vocabis nomen eius Iesum.* Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Nominatus autem & Christus est, propterea quod secundum humanam naturam nobiscum vnctus est, iuxta illud Psalmitæ: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis.* Quamuis enim ille Spiritum sanctum largiatur, neque ad mensuram his qui digni sunt, eum largiatur, (est enim plenus, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, sicut scriptum est;) attamen vt homo est, dispensatorie inunctus dicitur, spiritualiter, & non humano more, deuolante super ipsum Spiritu sancto, vt maneat in nobis etiã, a quibus propter Adæ transgressionem initio recesserat. Ipsum itaque vnigenitum Dei Verbum incarnatum Christus appellatum est: & cum propriam potentiam habeat Deo dignam, miranda operatum est.

Luc. 1.

Matth. 1.

Psalms. 44.

Ioan. 3.

Ioan. 1.

κὶ γὰρ ὅτι τῶν ἀποπτῶτων, μᾶλλον δὲ δυναστείας ἀπάσης ἴππυμεσον ἀληθῶς, τὸ οὐτὼ φρονεῖν ἢ λέγειν· εἰκότως οὐκ ἐπὶ αὐτῷ δὴ πούτω γέγονεν ὁ παροκαίμυθ· ἀνάθεμα πῶς.

Ανάθεμα πῶς ζ'.

Εἰ τις φησὶν ὡς ἀνθρώπον ἐνηργῆσαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου Ἰησοῦ, καὶ πλὴν τοῦ μονογενεῖς ἀδελφίδου πατρὸς ἡφθαι ὡς ἐπὶ παρ' αὐτὸν ὑπαρχον, ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλοιπὸς ζ'.

Ὅτι πλὴν κατὰ σαρκὰ γέννησον τοῦ θεοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ μονογενεῖς ἀδελφίδου τῆς ἀγίας πατρὸς ὁ μακάριος Γαβριήλ· πέξη, φησὶν, υἱὸν, καὶ καλέσῃς τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦ· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸ λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ἀμαρτιῶν αὐτῶν. ὠνόμασαι δὲ αὐτὸν Χριστός, διὰ τὸ κεχεῖσθαι μὴ ἡμῶν ἀνθρώπων, καὶ πλὴν τοῦ ψάλλοντος φωνῶν ἡγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχειστέ σε ὁ θεὸς σου ἔλεον ἀγαλλιάσεως παρά πάντων μετόχων σου. καίτοι ὅτι ὁ ἄρχειον αὐτὸς τῆς ἀγίας πνεύματος χορηγός, καὶ ἐκ ἐκείνου μέτρου διδίδι τοῖς ἀξίοις αὐτὸ, πλήρης γὰρ ὅτι, καὶ ἐκ τῆς πληροφάνειας αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ τὸ γεγραμμένον, οἰκονομῶς ὡς ἀνθρώπος κεχεῖσθαι λέγεται, νοητῶς κὶ ἐκ ἀνθρώπων κατὰ πλάτος ἐπὶ αὐτὸν τῆς ἀγίας πνεύματος, ἵνα κὶ ἐκ ἡμῶν κατὰ μείνη· καίτοι διὰ πλὴν ἐκ Ἀδάμ ἠρῶσαν ἀποφοιτῆσαν ἐκ ἀρχαῖς. αὐτὸς οὐκ ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος σαρκὸς γενομένου, κέκληθ' Χριστός· καὶ τὸ θεῶν πρέπουσαν δυνάμειν ἰδίῃ ἔχων, ἐργάζετο ἠρῶσαν.

ANNO CHRISTI 431.

Θίνω λέγοντες τῆ Χριστοδυνα-
 σεία πλὴ τῶ μονογενοῦ διδδξίδου θε-
 ἡφθαι, ὡς ὄντος ἐπ' αὐτοῦ τῆ μονογενοῦ
 ἁπλᾶ Θεοῦ Χριστὸν, δύο φρονούσιν υἱοῖς·
 καὶ ἄλλῳ ἐνεργουῦντα, Θεὸν δὲ ἐνε-
 ρουῦντα, ὡς ἀνθρώπον ἕνα τῆ
 κατὰ ἡμᾶς· ταύτη ποι εἰσποφέρον-
 ται τῆ δυνάμει τῆ ἀνάθεμαπομοδ.

Ανάθεμαπομοδ ἡ.

Εἰ τις ἑλμᾶ λέξιν Θεοῦ ἀνάλη-
 φθίντα ἀνθρώπον συμπεροσκυνεῖσθαι
 δεῖν τῶ θεῷ λόγῳ, καὶ συνδοξάζε-
 σθαι, καὶ * συληρημαπίζεν θεόν, ὡς ἐ-
 ἡφθαι ἐπ' αὐτῷ· τὸ γὰρ, αὐτῷ, αἰεὶ περσι-
 δέμεντα τῆ το νοεῖν ἀνάθεμα· καὶ ἐχ-
 θρὸν μᾶλλον μᾶλλον περσιδὴσθαι ἡμᾶ
 Θεοῦ Ἐμμανουήλ, καὶ μίσην αὐτῷ πλὴ
 * ὁμολογίδου συνάπται, κατὰ γέρονε
 σαρκὸς ὁ λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

Ἐπίλοιπὸς ἡ.

Εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκρά-
 πορα, καὶ εἰς ἕνα υἱόν, καὶ μὴν καὶ
 εἰς ἕν πνεῦμα ἅγιον βεβαπισμένα·
 εἶπα, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος,
 ἐκ οὐδατε, ὅτι ὅσοι εἰς Χριστὸν ἔβα-
 πτίσθημεν, εἰς Θεὸν θάνατον αὐτῷ ἐ-
 βαπισθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐ-
 τῷ διὰ τῆ βαπτίσματος αὐτῷ εἰς Θεὸν
 θάνατον· ἵνα ὡσπερ ἠγέρθη Χριστὸς
 ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τῆ πατρὸς,
 οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς πε-
 πατήσωμεν. πεπεδικαμεν θίνω,
 καὶ βεβαπισμένα εἰς ἕνα, κατὰ τὸ
 ἔφλω, υἱὸν Θεοῦ κλέον ἡμῶν Ἰησοῦ
 Χριστὸν, τοῦτέστι, σεσαρκωμένον τε
 εἰς ἐνανθρώπησαντα Θεὸν ἐκ θεοῦ πα-
 τρὸς λόγον, ἕνα τε ὄντα * θεὸν περσι-
 κωεῖν δεδιδάχμεθα, καὶ μὴ ἡμῶν
 αἰ' αὐτῶ δυνάμει· γέγραπται γὰρ·

Qui ergo Christi potentia Vni-
 geniti gloriam accessisse di-
 cunt, quasi Vnigenitus alter sit
 a Christo, duos Filios esse fen-
 tiunt; alterum quidem operan-
 tem; alterum vero alterius vi,
 tamquam hominem nobis simi-
 lem, impulsum; & in huius ana-
 thematissimi poenam incidunt.

Anathematismus VIII.

Si quis dicere audet, homi-
 nem assumptum vna cum Dei
 Verbo adorandum, & conglo-
 rificandum, & Deum, tāquam
 alterum cum altero, connomi-
 nandum esse (hunc enim intel-
 lectum particula, Cum, adiecta,
 perpetuo ac necessario affert)
 & non potius vna adoratione
 Emmanuelem honorat, vnam-
 que illi glorificationem attri-
 buit, quatenus Verbum factum
 est caro; anathema sit.

Declaratio octava.

Baptizati sumus in vnum
 Deum Patrem omnipotentem,
 & in vnum Filium, & in vnum
 quoque Spiritum sanctum. An Rom. 6.
 ignoratis, fratres (ait beatus
 Paulus) quia quicumque in
 Christum Iesum baptizati su-
 mus, in mortem ipsius baptizati
 sumus? Consepulti ergo sumus
 cum illo per baptismum in mor-
 tem; ut quomodo Christus sur-
 rexit a mortuis per gloriam Pa-
 tris, ita et nos in nouitate vi-
 tae ambulemus. Credidimus ita-
 que, & baptizati sumus in
 vnum, ut dixi, Filium Do-
 minum nostrum Iesum Chri-
 stum, hoc est, incarnatum,
 hominemque factum Dei Pa-
 tris Verbum; vnumque exi-
 stentem & Deum adorare edo-
 cti sumus, ac supernae virtutes
 nobiscum. Scriptum est enim:

B iij

* συλημα-
 πίζειν

* δεξολο-
 γίαν ἀνα-
 θεματι,

* ἐπ' αὐτῷ

Hebr. 1.
Psal. 96.

Cum autem introducit primogenitum in orbem terra, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Factus est autem Unigenitus primogenitus, quando homo nobis similis apparuit. tunc enim illorum quoque frater appellatus est qui illum diligunt. Si quis ergo illum simul adorari dicit, tamquam hominem seorsum, cum Dei Patris Verbo tamquam altero ab ipso, & non secundum veram v-nionem coniungens in vnum Christum & Filium & Dominum, vna adoratione honorat, iuste virtuti huius anathematismi subiicitur.

Anathematismus IX.

Si quis vnum Dominum Iesum Christum a Spiritu clarificatum dixerit, propria virtute ipsius, tamquam aliena vntem; ac vim & efficaciam ab eodem accepisse, qua cōtra im-mundos spiritus operaretur, & diuina inter homines miracula patraret, ac non potius ipsum Spiritum, per quem diuina signa edidit, illius proprium esse confessus fuerit; anathema sit.

Declaratio nona.

Et si vnigenitū Dei Verbum homo factum est, mansit tamen Deus, omnia prater solā paternitatem cum Patre communia habens: Spiritumque sanctum, qui ex ipso est, ipsique essentialiter inest, propriū habens, diuinā potētīā signa operabatur. Quare posteaquā homo factum est, Deus etiam sic permanfit; atque ita propria per Spiritum virtute miracula patrabat. Qui vero dicunt, illum, tamquam vnum quempiā e nobis, hoc est e sancti Spiritus operatione clarifi-

όταν δὲ * προσεγάγη ὁ * προστό-
κον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ
προσκυνησάτωσαν * αὐτὸν πάντες ἄ-
γγελοι θεοῦ· γεγονός δὲ προστόκος ὁ
μονογενής, * ὅτι καὶ ἀνθρώπος πέφικε * ἐπὶ
καθ' ἡμᾶς· τότε γὰρ καὶ ἀδελφός κα-
τημάπηκε τῷ ἀγαπώντων αὐτὸν· εἶπε
ταῖς * συμπροσκυνησάσαι φησὶν ὡς
ἀνθρώπον ἰδικῶς * ἐπὶ αὐτὸν
ὑπαρχόντι τῷ οὐκ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγῳ, καὶ
οὐχὶ καθ' ἑνωσιν ἁληθῆ συνενεγκῶν
εἰς ἓνα Χριστὸν, καὶ υἱὸν, ἐκώρει, μιᾶ
προσκυνησά ἡμᾶς, ὑποφέρεται δι-
καίως τῇ δυνάμει τῆ ἀναθηματισ-
μοῦ.

Αναθηματισμός δ'.

Εἰ τις φησὶ, ὅτι ἓνα κώρειον Ἰησοῦ
Χριστὸν * δεξάζεσθαι παρὰ τῆ πνεύμα-
τος, ὡς ἀλλοτεία δυνάμει τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ
χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ
ἐνεργεῖν δυνάσθαι καὶ πνευμάτων ἀ-
καθάρτων, ἐ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώ-
ποις ταῖς * θεοσημίας, καὶ οὐχὶ δὴ μάλ-
λον ἰδίον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησὶ, δι' οὗ
καὶ ἐνήργησε ταῖς * θεοσημίας, ἀνά-
θημα ἔστω.

Επίλισις δ'.

Ανθρώπος γεγονώς ὁ μονογενής τῆ
θεοῦ λόγος, ἰσομετρήθηκε καὶ οὕτω
θεός, πάντα ὑπαρχῶν ὅσα καὶ ὁ πατήρ,
διότι μόνου τῆ ἐπὶ πατὴρ· καὶ ἰδίῳ
ἔχων τὸ εἶναι αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπε-
φυκός αὐτῷ πνεῦμα ἁγίου, εἰργάζετο
ταῖς * θεοσημίας· ὡς καὶ ἀνθρώπος γε-
γονώς, ἰσομετρήθηκε καὶ οὕτω θεός·
ὡς ἰδίᾳ δυνάμει τῇ διὰ τῆ πνεύμα-
τος ἐπλήρου τῶ σώματα. Ὁ δὲ λέ-
γοντες, ὡς ἀνθρώπον ἓνα καὶ
ἡμᾶς, ἦγρον τῶ ἁγίων, δεδξάσθαι
αὐτὸν τῇ διὰ τῆ πνεύματος ἐνεργείᾳ,

ANNO
CHRISTI
431.
ἐπισημῶν
* αὐτοῦ

* προσκυ-
νησάσαι
* καὶ ὡς
ἐπὶ τῷ

* δεξάζε-
σθαι

* θεοση-
μίας,

* ἦγον-
μίας,

* θεοση-
μίας.

ANNO CHRISTI 431.

οὐχ ὡς ἰδία μάλλ' (ω), ἀλλ' ὡς ἄλλο-
τεία καὶ οὐ θεοσχεπέει χρωόμενον, καὶ
ὡς ἐν χερί τοῦ μέρει λαβεῖν παρὰ τοῦ
πνεύματος πλὴν εἰς οὐρανούς ἀνάλη-
ψιν· ὑποκείσονται δικαίως τῇ δυνά-
μει τοῦ ἀνάθεμα ποιητοῦ.

Αναθεματισμὸς ι'.

Ἀρχιερεῖα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμο-
λογίας ἡμῶν γεγενησάτω Χρυσὸν ἢ θεία
λέξι γραφή· προσκομιθέναι δὲ
ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὄσμιν βιωδίας
τῷ θεῷ καὶ πατρί. εἰς τὸν οὐρανὸν δὲ
ἀρχιερεῖα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενησάτω
φῶσιν ἐκ αὐτῶν (ω) ἐκ θεοῦ πατρὸς λό-
γον, ὅτε γέρονε σαρκί, καὶ κατὰ ἡμᾶς
ἀνθρώπου, ἀλλ' ὡς ἐστὶν (ω) ὡς αὐτῶν,
ἰδικῶς ἀνθρώπου ἐκ γυναικός ἢ εἰς
λέξι * ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεκαῖν αὐτῶν
πλὴν προσφορῶν, καὶ οὐχὶ δὴ μάλλ' (ω)
ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἀν' ἐδέθη
προσφορῶν ὁ μὴ εἰδὼς ἀμδρῆσαι·
ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλοιπος ι'.

Σμικρὰ μὲν ὁμολογησάμενος τῷ
ἐκ θεοῦ πατρὸς φῶσιν λόγῳ τὰ δι-
σέφωνα, πλὴν ἀλλ' ἐκ ἀπόβλητα
διὰ πλὴν οἰκονομίαν. κῆρι (ω) γὰρ ὡν
τῶν ὅλων κατὰ φύσιν, κατέκταν ἑαυ-
τὸν ἐν τοῖς κατὰ ἡμᾶς, μορφῶν
δούλου λαβῶν· καὶ κερσημάπικεν
ἡμῶν καὶ δὲ ἀρχιερέως καὶ ἀπόστολ' (ω),
τῶν τῆς διδασκαλίας μέτρων καὶ εἰς
τῆτο καλωῦτων αὐτῶν· προσκομι-
μικε δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὄσμιν
βιωδίας τῷ θεῷ καὶ πατρί· μιᾶ ἴσθ
προσφορᾶ τέλειωκε τῶν ἀγιαζόμε-
νοισ ἐἰς τὸ διωκεῖν, κατὰ γέγραπται.

catum, eaque non ut propria,
sed tamquam aliena, & quæ
Deum non deceat, usum, nec
non quasi Spiritus gratia ad cæ-
los esse assumptum: illi merito
anathematismi huius virtuti
subiacebunt.

Anathematismus X.

Confessionis nostræ pontifi-
cem & apostolum factum esse
Christum, scriptura diuina do- *Hebr. 5.*
cet: obtulisse quoque semet- *Ephes. 5.*
ipsum pro nobis Deo & Patri
in odorem suauitatis. Si quis
ergo dixerit, pontificem & a-
postolum nostrum non esse ip-
sum Dei Verbum, posteaquam
caro & homo nobis similis fa-
ctum est; sed hominem illum
qui ex muliere natus est, quasi
alterum quempiam ab ipso di-
uersum: aut si quis Christum
pro seipso quoque, & non po-
tius pro nobis solis sacrificium
obtulisse dixerit (neque enim
oblatione egebat, qui pec-
catum non nouit) anathema
sit.

Declaratio decima.

Exigua sane sunt Verbo,
quod ex Deo Patre ortum est,
quæ humana sunt; attamē pro-
pter dispensationem non reii-
cienda. Cum enim secundum
naturam vniuersorū Dominus
esset, seruili forma accepta, in
ea quæ nostra sunt, semetipsum
demisit: appellatusque est no-
ster pontifex & apostolus, hu-
manæ naturæ conditionibus ad
hoc etiam ipsum vocantibus.
Obtulit autem semetipsum pro *Ibid.*
nobis Deo & Patri in odorem
suauitatis. Vna quippe oblatio- *Hebr. 10.*
ne consummauit sanctificatos in
sempiternum, sicut scriptum est.

At nescio quomodo qui secus sentiunt, non ipsum Dei Verbum hominem factum extitisse, & apostolum ac pontificem confessionis nostrae, sed quasi diuersum quempiam ab ipso hominem seorsum e sancta Virgine natum, & apostolum ac pontificem vocatum fuisse cōtendunt; & proficiendo ad hoc euectum esse: nec pro nobis solis semetipsum Deo & Patri in sacrificium obtulisse, sed etiam pro seipso: id quod a recta inculpataque fide omnino est alienum. peccatum enim non fecerat. Qui autem delicto superior, peccatique prorsus expers erat, oblatione pro se nullo pacto opus habebat. Quoniam vero qui contra sentiunt, duos rursus Filios absurde commiscuntur, operæ precium fuit, vt hic quoque anathematismus assignaretur, qui impietatem illorum perspicuam redderet.

Anathematismus XI.

Si quis Domini carnem viuificam, ipsiusque Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negauerit, sed veluti alterius cuiuspiam ipsi Verbo secundum dignitatem coniuncti, hoc est, vt diuinam tantum inhabitationem sortiti, ac non potius viuificam esse dixerit, vt modo meminimus, eo quod Verbi, quod omnia viuificare potest, facta sit propria; anathema sit.

Declaratio vndecima.

Sanctum ac viuificum in- cruentumque in ecclesiis sacrificium peragimus; corpus quod proponitur, similiter & preciosum sanguinem, non communis, nobisque similis hominis cuiuspiam esse credentes,

ἀλλ' ἐκ * οἰδ' ὅπως οἱ ἐτρώφρονες ἐκ αὐτῶν (W) ἐκ θεοῦ λόγον ἀΐθερον γέ- γνότα δι' ἰσχυρίζονται χηματίσαι τε καὶ ἀπόστολον καὶ δεχμερέα τῆς ὁμο- λογίας ἡμῶν, ἀλλ' ὡς ἐτρών ἵνα πρὸ αὐτῶν ἀΐθερον ἰδικῶς, (W) ἐκ τῆς ἀγίας πρῶτον γεγυνημένῳ (W) Φασὶ χηματίσαι καὶ ἀπόστολον καὶ δεχμε- ρέα, καὶ κτ' περοκοπιῶ εἰς τῆτο ἐλη- λυθέναι, καὶ οὐχ ὑπὲρ γέ * μόνων ἡμῶν, ἀλλὰ Ἐ ὑπὲρ αὐτῶν περοσελεκεῖν ἐαυ- τὸν εἰς θυσίαν τῷ θεῷ καὶ πατρί· ὅπρ' ἔβη τῆς ὁρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως δι- λότε (W) παντελῶς· οὐ γὰρ ἐποίησεν ἀμρπῆαν· ὁ δὲ κρείττων ὢν τῆ πλημ- μελεῖν, καὶ ἀμοιρήσας ἀμρπῆας παν- τελῶς, ἐκ αὐ ἐδέηθη θυσίας τῆς ὑπὲρ αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ τὸ εἰκὸς παραδοῦ- μένοι, δύο δὴ πάλιν ὑοῖς ἔπνησοῦσαν οἱ ἐτρώφρονες, ἀνακαίως γέρονεν ὁ ἀναθεματισμὸς, ἐμφανῆ καθεστῶν τῶ ἀσέβειδν αὐτῶν.

Αναθεματισμὸς ια'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογῆ τῶ τῆ κω- είου σαρκῆ ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίδν αὐτῶ τῆ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἐτρώον ἵνα πρὸ αὐτῶν, σιωμημῆρου μῆρ αὐτῶ κτ' τῶ ἀξίδν, ἡγρω ὡς * μόνῶ ἐνοίκησιν ἐρηκότος, καὶ οὐχ * μόνῶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἐφημῆν, ὅπ γέρονεν * ἰδία τῆ λόγου τῆ τὰ πάντῃ * ἰδία ζωοποιεῖν ἰχρόντος ἀνάθεμα ἔστω.

Επίλισις ια'.

Τῶ ἀγίδν, καὶ ζωοποιὸν, καὶ ἀνάμιακτον ἐν τῆς ἐκκλησίας τε- λοδμῆν θυσίαν, οὐχ ἐνὸς τῆρ καθε- ἡμᾶς, καὶ ἀΐθερου κοινοῦ σῶμα εἶναι πεσθόντες τὸ περοκαίμῆρ (W), ὁμοίως ἢ καὶ τὸ ἴμῆρ (W) αἷμα, δε- χό-

* μόνων ἡ- μῶν, ἢ ἰαυ- τῶ περοπ- νίσιαι

* μόνῶ θείας ἀοσί- κταν * ἰδία

ANNO CHRISTI 431.

* ζωοποι-
ουός

χρόνοι ὅ μᾶλλον ὡς ἴδιον σῶμα γε-
γονός, καὶ μὴ τοὶ καὶ αἷμα τῆ παύτα
* ζωογονουῶτος λόγου. κοινή γὰρ σαρκὶς
ζωοποιεῖν οὐ δύναται. καὶ τύπου
μάρτυς αὐτὸς ὁ σωτήρ, λέγων ἢ σαρκὶς
ἐν ὠφελείᾳ οὐδέν· τὸ πνεῦμα δὲ τὸ
ζωοποιουῦν. ἐπειδὴ γὰρ * ἴδια γέγονε
τῆ λόγου, ταύτη τῆ νοεῖται καὶ ἐστὶ
ζωοποιός, κατὰ φησὶν αὐτὸς ὁ σωτήρ·
καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ, κα-
τὰ τὸ ζῶν διὰ τῆ παύτα, καὶ ὁ τρώγων
με, καὶ αἰκνίος * ζῆσεται δι' ἐμέ. ἐπειδὴ
δὲ Νεστέριος ἐπὶ τὰ αὐτῶ φρονουῶτες
ἀραλούσιον ἀμαθῶς τῆ μυστηρίου
τῶν δυνάμιν, ταύτη τοὶ καὶ μάλα εἰ-
κότως γέγονεν ὁ ἀνάθεμα ποιός.

* ἴδια

* ζῆσος

Ανάθεμα ποιός ἰβ'.

Εἰ πὺ οὐχ ὁμολογεῖ, τῆ θεοῦ
λόγον παύοντα σαρκί, καὶ ἐσαυρω-
μῆρον σαρκί, καὶ θανάτου γλυσάμην
* σαρκί, γερονότα * δὲ ὡσεὶ τὸ ποικον ἐκ
νεκρῶν, κατὰ ζῶν δὲ καὶ ζωοποιός ὡς
θεός, ἀνάθεμα ἐστω.

* n

Επίλοιπός ἰβ'.

Απαθῆς μὴ καὶ ἀθάνατος ὁ ἐκ θεοῦ
παύτος δὲ λόγος, * ὡς ἀνωτῶ γὰρ
τῆ πάραν ἢ θεία τε ἐ ἀκήρατός δὲ
φύσις. καὶ αὐτὴ πάντα ζωοποιεῖ, καὶ
φθορῆς ἀμείνων δὲ, καὶ παντός τῆ
λυπεῖν εἰωδός, ἀλλὰ καίτοι ταῦτα
οὐσιωδῶς ὑπαρχῶν ὁ ἐκ θεοῦ πα-
ύτος λόγος, ἰδίῳ ἐποίησατο σαρκί
τῶν τῆ θανάτου δεκτικῶν· ἵνα τῶ
πάραν εἰωδὸν τῆ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι'
ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβῶν πάθη,
πάντας ἡμῶν ἀπαλλάξῃ καὶ θανά-
του καὶ φθορῆς, ζωοποιήσας ὡς
θεός τὸ ἴδιον αὐτῶ σῶμα, καὶ ἀπ-
αρχὴ γερονῶς τῶν κεκοιμημένων,

* ἀνωτῶ
δ

ret; suum corpus, vt Deus, viuificans, primitiaque dormientium, 2. Cor. 13.

Concil. Tom. 6.

C

sed potius tamquam proprium
corpus effectum, & sanguinem
etiam Verbi, quod omnia vi-
uificat, accipientes. Siquidem
communis caro viuificare non
potest. Et hoc Saluator ipse te-
statum facit: *Caro*, inquit, *Iohn. 6.*
non prodest quidquam; spiritus
est qui viuificat. Quia enim ca-
ro Verbi facta est propria, ob
id intelligitur & est viuifica,
quemadmodum ipse Saluator
ait: *Sicut misit me viuens Pa-* *Ibid.*
ter, & ego viuo propter Patrem:
& qui manducat me, & ipse vi-
uet propter me. Cum itaque Ne-
storius, & qui cum illo sentiunt,
mysterii huius virtutem temere
dissoluant; propterea, & id qui-
dem admodum conuenienter,
editus est hic anathematismus.

Anathematismus XII.

Si quis non confitetur, Dei
Verbum carne passum & cruci-
fixum esse, mortemque carne
gustasse; nec non primogeni-
tum ex mortuis factum esse;
quatenus nimirum vt Deus vi-
ta & viuificas est; anathema sit.

Coloss. 1.

Declaratio duodecima.

Impatibile & immortale est
Dei Patris Verbum. altior est
enim diuina illa & incorrupti-
bilis natura, quam quæ aliquid
pati possit, eaque omnia viuifi-
cat: quinetiam interitum, &
quidquid tristitiam afferre so-
let, longe exuperat. Verum li-
cet secundum essentiam hoc sit
Dei Patris Verbum; nihilo mi-
nus carnem, quæ mori posset,
sibi propriam fecit, vt per hoc
quod pati solitum est, passiones
pro nobis ac propter nos in se-
ipsum assumens, nos omnes a
morte & corruptione libera-

2. Cor. 13.